





DISSERTATIO INAUGURALIS ¹⁶

DE

ABUSU ¹⁰⁵⁰
^{1718, 2}

CESSIONIS BONORUM,

QUAM

Gratia Divina favente

Sub PRÆSIDIO

BERNHARDI LUDOVICI
MOLLENBECII,

JCti, Serenissimi Landgravii Hasso-Darmstadini Con-
siliarii, Academiae Cancellarii, & Pro-
fessoris Primarii,

PRO LICENTIA

Summos in Vtroque Jure Honores & privilegia
Doctoralia consequendi,
Publicae disquisitioni

Excellentiss. Senatus Academici

Ad diem III. Mart. MDCCXVIII.
submittit

JOH. PHILIPPUS NICOLAUS BECHSTADIUS,

Fridberga Wetteravus, à Consiliis & Secret. ibid.

GIESSÆ-HASSORUM,

Typis VIDUÆ JOH. REINH. VULPII, Acad. Typogr.

1030
DUM

ABLU
CESSIONIS BONORUM

Gratia Divina favente
SAC. R. A. S. I. D. I. O.

BERNHARDI LUDOVICI
MOLLENBECII

Prof. Publici in Philosophia, Mathematicis, Astronomia, & Physicis
Scolae Praesidis

PRO LICENTIA
Summi in Vniuersitate Lipsiensi et Privilegio
Doktoratae conferendi
Iudicio dispensandi

Excellentissimi Senatus Academici
Ad diem III. Martii MDCCLXIII
sub anno

JOHANNIS NICOLAUS BECHTOLDI
Vice-regis Vniuersitatis Lipsiensis

GEORG. F. HANSEN
Typ. Vniuers. Lipsiensi, Anno 1763.





PRÆLOQUIUM.

DUm pro consequendis in Utroque
 Jure Honoribus specimen in Ca-
 thedram producere sum jussus,
 Abusum Cessionis Bonorum,
 ex causa non una, quam hic referre nihil atti-
 net, exhibere placuit: Prolixiori solidiorique
 stylo argumentum non ignobile proponi potuis-
 se non diffiteor, sed cum nec Officii Publici, quo
 in Patria fungor, nec instituti ratio ambages
 permiserit, proposito me satis facturum, credidi,
 si saltem quæ potiora thematis hujus capita sunt,
 summo, ut cum Imperatore in §. ult. Inst. de
 Publ. Iudic. loquar, digito, & quasi per indi-
 cem attingerem. Itaque hac qualiacunque in
 meliorem partem interpretabitur quicumque le-
 ctor æquus fuerit: Ut verò Deus conatus se-
 cundare velit, supplex ab ipsius immensa Gra-
 tia per Christum IEsu(m) oro.

A 2

Duram



DUram admodum obætorum conditio-
 nem apud Judæos, Græcos, Romanos,
 aliosve populos ab omni ferè ævo fuisse,
 dum manus in illos conjicere, carcere deti-
 nere, usque dum se ære alieno liberarent,
 vel venum exponere, aut si plures creditores
 essent, addictione facta in partes corpora se-
 care, & partiri licuit (quanquam hoc ulti-
 mum, nunquam in usum pervenisse, sed pu-
 blico consensu erasum esse ex Tertull. *in Apo-
 leg. cap. 4.* referat Mevius *ad Jus Lubec. Lib. 1.
 Tit 3. Art. num. 4.*) neminem in jure antiquo
 vel leviter versatum facile præterire potest.
 vid. Rittershus. *ad LL. XII. Tabul. Clas. 3.
 cap. 2.* Gell. *Noct. Attic. lib. 20. cap. 1.* Cujac.
lib. 3. Obs. 39 Rævard. *lib. 4. varior. cap. 18. §
 cap. 12. ad LL. 12. Tab.* Hottom. *Illustr. Quest.
 I. cap. 24.* Covarruy. *Resolut. cap. 1. num. 1.*
 Heig. *P. 1. Qu. 35. n. 25.* Qualiscunq; autem ad-
 versus

versus debitores inclementia obtinuerit, postquam tamen Lege Julia (quam Octavio Augusto cum aliis tribuit Schilterus *Exerc. 46. §. 8.*) beneficium Cessionis Bonorum in gratiam illorum, qui sine suo vitio, ex fortunæ adversitate, facultatibus lapsi sunt, introductum, mitius cum iis agi cœptum est. Hujus

Cessionis (sive *Actus quo debitor sine dolo malo oberatus, omnia sua bona creditoribus sponte relinquit, ut his quantum fieri possit, exinde satisfiat, ipseque salva existimatione à carcere alia ve molestia liberetur.*) **Abusum**

(ecquod enim beneficium est quod non in Abusum rapi queat?) propositurus, ordine sic satis convenienti me processurum arbitror, si primò quis ex parte debitorum cedentium, & deinde etiam, quis ex parte creditorum, quibus fit cessio, abusus sit, ostendero. Sit itaque

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Abusum Cessionis Bonorum ex parte cedentium exhibens.

§. I.



T primo omnium abusuum ex parte cedentium hunc ferè notabilissimum esse censeo, quando bonis cedere audent, qui non fortunæ sed proprio vitio facultatibus lapsi sunt, vel, quia nec finem, nec modum epularum, aliarumque ad luxum luxuriamque tendentium expensarum, fecerunt, vel, quia spe ac animo cedendi, scientes se non esse solvendo, æs alienum corraferunt, qui cum *Alopi*co emtore, (uti eos depingit Petrus Heigius *P. I. Qu. 35. n. 9.*) cum is pretii reliquum se debiturum promississet, ideo ajunt se reliquum non solvere, ne debere desinant, & cum dolus ipsis objicitur, *contrahentibus se invicem decipere licere*, audacter respondent: Enimvero cum cello bonorum in illorum unice gratiam introducta, qui vel naufragio, bello, incendio, aliave calamitate ad incitas redacti, licet ab Imperatore Justiniano *adjutorium flebile in l. 7. C. Qui bon. ced. poss. & auxilium miserabile in l. 8. C. cod. tit.* dicatur, verissimum tamen & singulare beneficium sit, *L. 1. & L. 4. Cod. Qui bon. ced. poss.* hosce quippe nobiles cedenti fructus & effectus producents, ut non saltem à carcere, *dist. L. 1. Cod. dist. tit.* & omni corporali

porali cruciату l. 8. Cod. eod. tit. liberetur, sed & si postea aliquid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat, ex integro creditores adversus ipsum, saltem in id quod facere potest, experiri valeant; §. ult. Inst. de Action. quis non videt, decoctores & fraudulentos debitores ad beneficium hocce admittendos non esse? neque enim jura dolosis patrocinari solent, sed iis saltem qui contra voluntatem suam in calamitatem incidunt, succurrunt, ne inde injuriæ nascantur, unde jura proficisci oportet, L. meminere 6. Cod. unde vi l. 2. §. Sed ita demum. ff. Ad S. Vellej. l. si decipiendo. 30. ff. eod. tit. Unde in Reform. Francof. P. 1. Tit. 50. §. 13. ita legitur: Zum letzten ist zu merken/ obwohl die Rechte den Schuldnern so in Verderben gerathen/ aus Mittlenden die offgemeldte Wohlthat der Cession und Abtretung gnädiglich mittheilen/ daß doch darunter die Schuldner/ so durch kündlichen Unfall/ widerwärtiges Glück/ und daß sie etwan selbst von ihren Schuldleuten/ und denjenigen/ für welche sie Bürg worden/ ic. übel angesetzt/ und in Verderben gebracht worden/ gemeynet und begriffen werden/ und nicht die Schuldner/ so das Ihre durch Müßiggang/ auch mit übermäßigen Prangen/ Zehren/ Spielen/ und andern unmordentlichen/ unhäuslichem Leben unpiglich verschwendet/ und also muthwilliglich andere Rent angeführet/ und um das Ihre gebracht haben: Dann dieselben/ und sonderlich auch die/ so eben um solche Zeit/ da sie schon in Schulden bis an die Ohren gestockt/ wissentlich und gefährlich/ noch mehr nachhabhafte Schulden gemacht/ und vielleicht auff diese Wohlthat der Cession vorsehlich sich verlassen haben mögen/ derselben unfähig und unwürdig seynd/ vermöge

möge auch der Recht. Darum dann unsere Schöffen
in zu Erkennung der Cession, auff alle Umständ und
Gelegenheit/sondere gute Achtung geben sollen.

S. II.

Equidem fraudem huic beneficio, simulac ab Octavio
Augusto introductum, factam fuisse, & etiamnum fieri,
experientia pridem docuit, dum inter alia versuti vatri-
que debitores, rebus in abdito locatis, vel certè luxuriosi,
bonis cedere conati sunt: sed & hæc ipsa causa est, quare
abusui huic malitiæque severis sanctionibus obviam ire
Prudentissimi Legum, Statutorumque conditores necessum
duxerint. Sanè Imperatores Gratianus Valentin. & Theod.
disertè sanciverunt, nemini qui vel fiscali, vel privato de-
bito probatur obnoxius, ob factam cessionem bonorum
ulla ratione indulgendum, sed acerbis potius ad solutio-
nem supplicii quemcunque cogendum esse, nisi propria
bona aut latrocinii, aut naufragiis, incendio, vel quolibet
majoris impetus infortunio amiserit. Sic enim ipsorum
constitutio in lege prima Codicis Theodosiani *sub rubr.*
Qui bonis ex lege Julia cedere possunt, concepta legitur:
Ne quis omnino, vel fisci debitor, vel alienæ rei in auro
atque in argento diversisque mobilibus, retentor ac debi-
tor, bonorum faciens cessionem, liberum à repetitione ple-
nissima nomen effugiat, sed ad redhibitionem debite
quantitatis, congruâ atque dignissimâ suppliciorum acer-
bitate, cogatur: Nisi fortè propriorum dilapidationem
bonorum, aut latrocinii abrogatam, aut fortasse naufra-
giis incendioque constatam, vel quolibet majoris impetus
infortunio atque dispendio docuerit afflictam. Prop.
Rom. prid. Id. Octob. Ausonio & Olibrio Coss. Similiter &
recen-

recentioribus Imperii Constitutionibus cautum est, ne
 fraudulentum debitores, quique datam operam rationes con-
 turbant, ulla ratione juventur, sed apprehendi potius &
 incarcerari, debitisque poenis affligi, & si domum reducti
 fuerint, e collegiis excludi, & exstimatione omni ac dignita-
 te privari debeant: sic enim Imperator Rudolphus II. in der
 Positiven Ordn. zu Frankfurt de A. 1577. Tit. 23. loquitur:
 So setzen / ordnen / und wollen wir / das solche Hand-
 thierer und Gewerbs-Leute / so sie fürsichlicher oder be-
 trüglicher Weise / und nicht aus kündlichem zugestanden-
 nem Unfall ausgehen / banckerott machen / und auss-
 trünnig werden / hinführo von keiner Herrschafft / oder
 Oberkeit auffgenommen / noch ohn Willen der Glau-
 biger vergleidet / und geduldet / sondern wo die betret-
 ten / zu Haften angenommen / den Klägern zu recht
 gehalten / und nach Gestalt der Sachen gestrafft / auch
 so sie wieder zu häuslichen Wohnungen kommen / als-
 dann zu keinen Aemptern / oder Dignitäten gezogen
 werden sollen: wären sie aber aus kündlichen und un-
 versehenlichen zugestandenen Zufällen / oder Schäden /
 in Verderben / und Ausstand kommen / alsdann mö-
 gen sie auffgenommen / und vergleidet / Mitleyden mit
 ihnen gehabt / und den gemeinen Rechten nach / gegen
 ihnen gehandelt werden. Idemque plane Statutis Ham-
 burgenfibus sancitum, ubi *Part. 1. Tit. 43. art. 1.* ita legi-
 tur: Nachdem eine Zeithero sich / leyder / vielmahls be-
 geben / das etliche unter denen Kauff- und Handels-
 Leuten gefährlicher und betrieglicher Weis / im Schein
 frauen und glaubens / Geld und Waaren bey andern /
 weit über ihr Vermögen wissentlich auffgeborget / ent-
 lehnet und gekaufft / auch durch ihren übermäßigen
 Pracht /

Pracht übel und fahrlässig aufgehalten / unmordent-
 lich verschwenden / und große unnötige Gebäu / in
 merckliche Schulde Last gerathen / und dadurch ihren
 Nächsten / wider die Christliche Liebe / Recht und
 Billigkeit / betrogen / und zu Schaden gebracht / und
 hernacher auffgestanden / ausgetreten / und sich in an-
 dere Gebiete begeben haben und begleiten lassen / und
 aber solche betriegliche und schädliche Handlungen / die
 sich einem Diebstahl wohl vergleichen / dem gemeinen
 Nutz / Handhierung und Rauffmannschafft / zu un-
 träglichen Schaden und Nachtheil gereichen / und des-
 rowegen gegen solche muthwillige Bankrotthierer / als
 dem gemeinen und privat Nutzen / schädliche / nachthei-
 lige Personen / an dem zum abscheulichen Exempel /
 billig mit Ernst zu verfahren ist: So wollen und ord-
 nen wir / das obgedachte Fall / in dieser Stadt und
 Gebiete nicht sollen geleitet / sondern wann sie betret-
 ten / in gefängliche Haft genommen / und auff dem
 Winterbaum verwahrlich behalten werden. Und da
 sie / nach beschehener Vergleichung mit ihren Creditorn /
 wieder zu häuslichen Wohnungen kommen / alsdann
 zu keinen Dignitäten gezogen werden sollen.

§. III.

Atque hæc quæ jam dixi, ad eos quoque debito-
 res Interpretes applicandum statuunt, qui non unicè cul-
 pã suã, sed partim fortunæ, partim proprio vitio sua de-
 coxerunt, ut nec hi ad Cessionem admittendi sint, *arg. l.
 fin. §. fin. ff. Quæ in fraudem credit.* Freier. *de Solut.*
cap. 7. membr. 5. n. 148. Heig. *P. 1. Qu. 35. n. 49.* & ibi alleg.
Strach. de Decretoribus P. 2. n. 2. & P. 3. n. 2, Farin. in
Prax.

Prax. Crim. q. 26. n. 26. seqq. Brunnem. de Cess. bon. q. 5. Boer. Decis. 349. n. 8. quā tamen in re multum discretioni iudicis committendum esse censeo, ut qualitatem culpæ æstimet, nam si hæc longè nimis à dolo absit, ob qualem-cunque culpam debitorem flebili Cessionis beneficio privare iniquum foret.

§. IV.

Neque tamen soli Decoectores & debitores fraudulentī, sed & illi quandoque, qui fortunæ novercantis vitio, citra omnem suam culpam solvendo esse desierunt, in exemplum abusus vocari possunt, scilicet si Donorum Cessionem simulantes, aliquam fortunarum partem celant, & demum in ipso cessionis actu creditores defraudant. Omnia enim, qui bonis vult cedere, creditoribus dimittere tenetur, mobilia, immobilia, corporalia, & incorporalia, ut nec actionibus amplius adversus debitores suos, nisi in utilitatem creditorum experiri valeat. *Struv. Synt. jur. civ. tit. de Cess. bon. §. 30.* quin & feudalja cedi oportet, saltem ut fructuum ex ejusmodi bonis percipiendorum facultatem vice & nomine debitoris creditores habeant: v. *Lauterb. in Coll. Theor. Pr. tit. de Cess. bon. §. 13. & 14.* quare ne fraudem hac in re committat debitor, providè locorum statutis cautum est, ut bona sua omnia jurato designet, quodque nihil in fraudem creditorum occultaverit, alienaveritque, & si ad meliorem sortem fuerit reversus, porro creditoribus quod adhuc debet solve-
re velit, sanctè promittere teneatur: formula juramenti (quod utique in præsentia creditorum præstandum) hæc esse solet: *Ihr sollet geloben/ und folgendes einen leiblichen Eyd zu Gott schwören / daß ihr alle eure Haab und*

und Güter / auch Schulden / so ihr auff andere habt /
 und sonst alles anders / Gesichts / und Ungeſichts / so
 viel euch wissend / gefährlich nichts verschweigen / ver-
 heelen / noch unangezeigt lassen / sondern treulich und
 warhaftiglich anzeigen wölet. Daß ihr auch / zu
 Nachtheil und Abbruch eurer Glaubiger / nichts aus
 eurer Haab und Gütera zuvor verschlagen / veräußert /
 noch in einigen Weg alienirt und hingegeben habt / noch
 auch fürters unterschlagen / und entwenden / und do ihr
 künftig wiederum zu guter Nahrung und Vermögen
 geriethet / welches zu der übrigen Zahlung eurer Schuld-
 leuth / auff ihr Begehren / (doch nach Richterlicher Er-
 kanntniß) auch kommen lassen wölet / alles treulich //
 und sonder Gefährde.

§. V.

Est & hic insignis ex parte cedentium abusus, quando
 qui se non esse solvendo intelligunt, statim proprio planè
 motu, nec instantibus quidem, vel solutionem adeo ur-
 gentibus creditoribus, ad Cessionem bonorum convolant.
 Utique enim ad formam cessionis pertinet, ut debitor non
 spontè, sed necessitate, ob instantias creditorum pressus
 beneficium hoc eligat: arg. c. 3. X. de Solut. Lauterb. Coll.
 Theor. Pract. tit. de Cess. bon. §. 15. Hinc citari omnes cre-
 ditores audiri que prius, quam ad cessionem admittatur
 debitor, oportet, num consentire in cessionem velint,
 an iustas contradicendi causas habeant: prout in Reform.
 Francofurtensi P. 1. Tit. 50. §. 4. ita hac de re legitur: Daß
 darauff denselben angegebenen Glaubigern / den Ange-
 fessenen durch einen Richter / den Abwesenden aber
 durch eine Citation, verkündet soll werden / auff einen
 nahm.

nahnhaftten und geraumen Termin, zu erscheinen/
 und da sie der begehrten Cession halben / einige recht-
 mäßige und beständige Einrede hätten / dieselbige als-
 dann fürzubringen. Equidem in omni cessione bonorum
solum voluntatis professionem sufficere Imperator ait in
l. 6. Cod. Qui bon. ced. poss. sed hoc non eò pertinet, ac si
 à solius debitoris voluntate cessio dependeat, sed ad mo-
 dum cessionis referendum est, quod nullas uti quidem
 olim, solennitates, nec certa amplius & solennia verba ces-
 sio desideret, sed sola voluntatis declaratio quomodocun-
 que facta, sufficiat, *l. fin. ff. de Cess. bon.* Brunnem. *ad dict.*
l. 6. C. d. z. cum enim creditorum sapissimè interfit, ne ces-
 sio fiat, & causæ bene multæ sint, ob quas ad cessionem in
 præjudicium creditorum non potest, nec debet admitti
 debitor, hos ipsos audiendos prius esse sana ratio dicitat.
vid. l. in omnibus. 55. ff. de O. & A. quæ etiam causa est,
 quare ferè communiter hodiè cessio bonorum causâ prius
 cognitâ, vel per Diploma à Principe, vel per sententiam à
 Judice impetranda sit, quod quoque de Belgio, Gallia, &
 Hispania tradunt Perezius *ad tit. Cod. Qui bon. ced. poss.*
num. 2. Gudelin. *de jur. Noviss. l. 4. c. 16. §. antepen.* Chri-
 stin. *Decis. Belg. Vol. 4. Dec. 123. num. 5.* add. Hering. *de*
Fidejuss. cap. 5. num. 80. & Freier. *de Solut. cap. 7. n. 159.* ubi
 sententia hanc formulam refert: In Sachen zc. ist ge-
 nannter N. auff sein Erbieten zu Abtretung und Cedi-
 rung seiner Haab und Güter / zugelassen / doch so fern/
 daß er bey dem Eyde / den er iho zu Gott und seinem
 Heil. Wort schwören / eigentlich bestimmen und anzei-
 gen soll / was und wie viel / auch bey und hinter wem
 dasselbige iho an liegenden oder fahrenden Haaben / Gü-
 tern / Schulden / oder andern Haaben / gar nichts aus-

genommen. Und wo der gemeldte N. Gläubiger über kurz oder lang erfahren würde/ daß er nichts an und von seiner Haab/ Gütern und Gerechtigkeiten zu Gehehrden oder Betrug übergeben/ veräußert oder entfrembdet hätte/ soll demselbigen Gläubiger deshalben seine Gerechtigkeit und Forderung vorbehalten seyn.

§. VI.

Sed & hic obaratorum notandus abusus est, quando cessionem bonorum cogitantes, dum norunt quod non sint solvendo, antequam cedant, uni alterive creditori, qui facta cessione, motoque concursu parum vel nihil accepturus erat, solvunt quod debent, ac satisfaciunt. Tametsi enim cessione nondum facta, & concursu nondum excitato, quisque creditor sibi vigilare suumque securè accipere possit, etsi debitorem non esse solvendo sciuerit, Brunnem. ad l. 6. ff. *que in fraud. credit. n. 28.* ut nec ab alio creditore actione revocatoria vel Pauliana conveniri queat, quia, ut Ulpianus ait in l. 6. §. 7. ff. *Quæ in fraud. credit.* sibi vigilavit, & uti Scævola in l. 24. ff. *ead. tit.* loquitur, jus Civile vigilantibus scriptum est, si tamen, quod non solvendo fuerit solverit debitor, & tamen uni alterive ex pluribus simul instantibus, & solutionem urgentibus, per meram gratificationem solverit, abusum huncce fraudemve admitti justitia prohibet, l. si non expedierit. 6. vers. si utroque instante tibi gratificatus tutor solvit &c. ff. *de Reb. autor. jud. possid. l. pupillus. 24. vers. ut si per gratificationem &c.* *Quæ in fraud. credit.* Quare non dubito si vel uni ex chirographariis, debitor qui cessionem bonorum meditatur, solverit, quin reliqui ejusdem ordinis creditores, solutionem in fraudem ipsorum factam revocare valeant, Carpzov.

Carpzov. P. 1. Const. 28. Def. 178. Brunnem. ad d. l. 6. ff. de
Reb. autor. iud. possid. Mevius ad jus Lub. lib. 3. T. 1. art. 31
 n. 35. Struv. Exerc. 44. tb. 77. Sanè Fiscus hoc jure singu-
 lari utitur, ut etiam quod bona fide creditori, à debitore
 qui solvendo se esse credit, nec cessionem honorum cogi-
 tat, solutum est, condicere ac revocare queat, l. 18. §. fin. ff.
de Jur. fisc. l. 6. C. de Privil. fisc. quam rem, cum in nota-
 bili aliquo casu, eleganti Responso, quod ab inelyto JCto-
 rum Ordine hujus Academiæ confirmatum est, eximius
 quidam JCtus nuper illustraverit, hoc ipsum præmissa
 facti specie subnectere libet: Es hat ein gewisser Ge-
 neral-*Empfänger* in einer Herrschafftlichen Resi-
 dens/ einem Ober-*Einnehmer* in einer gewissen Pro-
 vintz viele und grosse Summen sowol an Herr-
 schafftlichen als auch andern privat-*Geldern* / auff
 sein particulier oder privat-Conto zu schreiben commit-
 tirt / und crediret. Nachdem nun der Provincial-
Einnehmer in sine 1707. seiner Hebung entlassen / und
 die Abrechnung solchen Jahres geschlossen / hat sich
 befunden / daß Er dem General-*Empfänger* über
 15000. *Zhlr.* sowol *Cassen* als auch andern privat-*Gel-*
dern schuldig geblieben / welche Abrechnung dann der
 Letztere nicht allein approbiret / sondern auch die ges-
 sambte Schuld auff fernere Rechnung fortzuführen
 beliebet. Darauff hat sich weiter zugetragen / daß
 der Provincial-*Einnehmer* in dem folgenden 1708.
 Jahr an den General-*Empfänger* über 20000. *Zhlr.*
 remittiret und bezahlet / welche dann der Letztere / an
 statt die Herrschafftliche privilegirte Residua davon vor
 allen Dingen abzunehmen und zu tilgen / auff seine
 übrige privat *Rechnungs-^o Forderungen* abgerechnet /
 und

und selbige damit tilgen und compensiren wollen; als nun der Provincial-Einnehmer darauff ungefehr im Majo 1708. fallie geworden / hat der General-Einnehmer das befundene Residuum auff die Herrschafftliche Cassen schieben wollen / und dafür gehalten / das er einmahl wegen seiner übrigen particulier Conto-Forderungen befriediget / und er die Gelder bona fide consumiret / und also der Fiscus und dessen Cessionarius ihn deshalb zu belangen / und die soluta zu condiciren nicht befugt sey / allhier weil aber Cessionarius Fisci das contrarium sustiniret / und der Meynung ist / das der General-Empfänger die ihm von dem Provincial-Einnehmer in A. 1705. bezahlte und von ihm auff seine privat Conto-Forderungen abgerechnete Summen der Cassen hinwieder zu refundiren / und dann durch des ersten Fallissement entstandenen Schaden zu tragen schuldig sey / als wird ein rechtl. Gutachten gebeten / welche Meynung von solchen beyden zu Rechte fundiret sey?

Responsum.

Demnach der vorhergehende Casus einem gewissen Rechtsgelehrten zugesandt / und dessen rechtliche Meynung darüber begehret worden. Als hat derselbe alle darinn angeführte Umstände unparthentlich erwogen / und salvo meliori iudicio dafür gehalten / das der Fiscus und dessen Cessionarius die von dem Provincial-Einnehmer vor seinem Fallissement an dem General-Empfänger bezahlte und von diesem auff seine privat und andre particuliere Rechnungs-Poste abgerechnet

rechnete Summen/ zu repetiren wohl befugt / und der General Empfänger das entstandene residuum zu erragen schuldig sey.

Rationes Dubitandi.

Dann ob gleich (1.) Rechtens ist: Quod soluta ante concursum à creditoribus repeti non possint.

L. 6. §. 7. ff. de His Quae in fraud.
Mev. P. 5. Dec. 344.

Weil (2.) der entstandene concurs nicht weiter als auff diejenige Güter so der debitor isto tempore in dominio gehabt / gezogen werden kan: cum subsequens concursus jura antea proposita non tollat:]

Brunnem. de Concurf. Credit. cap. 1. §. 8.

Wannhero (3.) sich fast ansehen läffet / das da der General Empfänger sich aus denen von dem Provincial-Einnehmer an ihn remittirten und bezahlten Summen wegen seiner privat Rechnungs-Forderungen bezahlet gemacht / und die soluta b. f. consumiret / der Fiscus wider denselben keine action zu erheben / noch also dessen cessionarius die soluta zu repetiren befugt sey / weil bekantter massen diejenige exceptiones welche dem cedenti obstarren / auch dem cessionario opponiret werden können / per vulgata.

C

Ratio-

Rationes Decidendi.

So ist dennoch gestalten Umständen nach / denen Rechten mehr gemäß / das / wie vorgedacht / der Fiscus und dessen cessionarius von dem General Empfänger die soluta & percepta seiner privat und particulier Rechnungs Forderung zu repetiren / und daraus das residuum cassæ privilegiatum zu erstatten / wohl befugt und berechtiget sey.

Weil (1.) Rechtens ist: das der Fiscus in omnibus bonis Administratorum post contractum cum illo acquisitis, sie mögen seyn beweg- oder unbewegliche, item nomina, actiones, Zahrschafft / und sonst / ein solch privilegiatum jus pignoris præ omnibus aliis creditoribus utut anterioribus hat /

L. 28. ff. de Jure fisci.

L. 1. C. de Privil. fisci.

L. ult. C. Quo quis Ord.

Anton. Perez. *ad tit. C. de Privil. fisci n. 3.*

Carpzov. *lib. 4. Resp. 14.*

& in *Jurispr. for. P. I. Const. 28. Def. 103.*

Das wann gleich der creditor privatus so gar einen Officialen, der Herrschafft zugleich schuldig zu seyn nicht gewußt und die ihm à debitore publico bezahlte Gelder bona fide consumiret hätte / dennoch der Fiscus solche / bey des Officialis entstehenden fallissement und befundenen

nen residuo von dem creditore privato zu condiciren/bez
fugt ist/ per clarum text. in

L. 18. §. fin. ff. de Jure fisci.

L. 5. C. de Privileg. fisci.

ibique Brunnem. & Perez.

Wann nun! (2.) in dem figurirten casu angeführet
wird / daß der General-Empfänger dem Provincial-
Einnemer viele und grosse Summen sowol an Herr-
schafft. privilegiirten/ als auch andern privat-Geldern
creditiret/ und beyde sich auff ein particulier conto schret-
ben lassen/

Und (3.) eo ipso beydes der Herrschaftlichen als
auch der privat-Gelder dominium auff denselben trans-
feriret hat /

Als folget (4.) dahero ohne Streit/ daß diese von
dem General-Empfänger dem Provincial-Einne-
mer creditirte privat und particuliete Gelder / der ho-
hen Herrschaft und deren cassen eben sowol als sei-
ne übrige Güter und effecten/ auch nomina und actio-
nes, privilegiato jure hypothecæ tacitæ verhaftet wor-
den/

Und folglich (5.) dieselbe an dem General-Empfän-
gervon dem Provincial-Einnemer als debitore publico
zum præjudiz der Herrschaftlichen Cassen/ und deren pri-
vilegirten Pfand-Rechts/ so wenig bündig bezahlet/ als
von jenem auff sein particulier und privat Rechnungs-
Zordes

Forderung angenommen und consumiret werden können;

Sonderlich da (6.) derselbe ja wohl gewußt/das der Provincial-Einnehmer ein debitor publicus der Herrschafftlichen cassen zugleich gewesen / weil dieser der cassen restanten in die Rechnung mit und nebst seinen privat-Schulden eingeführet.

Ja! wann gleich Er der General-Empfänger (7.) solches nicht gewußt hätte / wie doch nicht zu präsumiren stehet / indem er ja die Abrechnungen und deren debet und credit für Augen gehabt / und selbige dem Bericht nach unterschrieben und approbiret / und gar das ^{an} 15000. Rthlr. sich betragende residuum de A. 1707. auff fernere Rechnung fortzuführen beliebt / so disponiret doch der allegirte L. 18. §. fin. ff. de J. fisci ganz klar / das auch in casu creditoris ignorantis, debitorem suum simul fuisse publicum, demselben die soluta & consumpta pecunia publica auferiret werden könne und müsse / ut scilicet fiscus indemnis servetur.

Und wie aus diesem allen die Antwort auff die vorhin angeführte rationes dubitandi von selbst erfolget / massen zwar die Erste inter privatos creditores, keinesweges aber inter fiscum & eos concurrentes statt hat / indem auch die ante motum concursum ab officialibus an ihre privat-creditores bezahlte oder abgegebene Gelder und

und Güter dem Fisco privilegiato jure pignoris solcher-
gestalt verhauffet / daß wann der Fiscus an ihren übriz-
gen Gütern sich nicht erholen kan / jene die soluta auch
b. f. consumpta zu erstatten schuldig sind / als cessiren
bey solchen Umständen / und da der Provincial-Sinnes-
mer nicht solvendo befunden worden / die übrige dubia
von selbst / und ist wie obgedacht der General-Empfän-
ger den Fiscum und dessen cessionarium ex solutis & per-
ceptis zu indemnificiren schuldig / von Rechtswegen.
Geben den 30. August. 1717.

Responsum Confirma- torium.

Als Uns Decano, Doctoribus und Professoribus der
Juristen Facultät / bey Fürstl. Hessischen Universität zu
Giessen / vorgesehener casus, sambt dem darauff abge-
fassiem Responso Juris zugeschicket / und wir dabey
freundlich ersuchet und gebeten worden / unsere rechtli-
che Meynung darüber zu ertheilen / so haben wir alles
mit Fleiß gelesen / und collegialiter wohl erwögen: be-
ten demnach / daß wir berührtes Responsum denen
Rechten allerdings gemäß erachten / und mit dem
Herrn Referenten / aus denen von demselben wohlange-
führten Rationibus, gleicher Meynung sind / daß nem-

lich der Fiscus, und dessen cessionarius, die von dem Provincial-Einnehmer / ehe er fallit geworden / an den General-Empfänger ausgezahlt / und von diesem auff seine privat und particuliere Rechnungs-Posten abgerechnete Summen / zu repetiren wohl befugt / und also das durch fallissement des Provincial-Einnehmers entstandene residuum, nicht der Fiscus und dessen cessionarius, sondern der General-Empfänger / als privatus creditor zu tragen schuldig sey: D. R. W. Uhrkundlich Unsers hierunter gedruckten Facultät In-siegels; Giessen den 31. Decembr. 1717.

Decanus, Doctores und
Professores der Juristen
Facultät bey Fürstlicher
Hessischer Universität da-
selbst.

Equidem in omni privilegiato & hypothecario creditore hoc locum habere, ut pecuniam posteriori vel non privilegiario creditori exsolutam condicere ac repetere possit, Doctores magni nominis docent, Mevius *ad jus Lub.*

Lub. lib. 3. Tit. 1. art. 3. n. 2. Berlich. P. 1. conclus. 71. n. 47. H. Pistor. p. 3. Qu. 20. Carpov. P. 1. C. 28. Def. 179. aliique, sed contraria sententia, quâ speciale hoc privilegium fisci esse statuitur, videtur verior, quam quoque tuetur Brunnem. ad l. 5. C. de Privil. Fisc. & ad l. 6. ff. Que in fraud. credit. item Rauchbar. P. 2. Qu. 9. ubi quæstionem hanc admodum intricatam, perplexam, atque adeò ancipitem dubiamque vocat, ut etiam Supremi in Electoratu Saxon. Appellationum judicii Assessores cum Anno 1585. ex facto proponeretur, de ea maturè deliberandum, ejusque decisionem in alium judicii terminum differendam esse censuerint.

§. VII.

Denique & hic obaratorum error notandus est, quando cessione bonorum hodie non amplius opus, esse, & neque carcerem, neque aliam quameunque molestiam, metuendam censent, dummodo juraverint, se non solvendo, sed paratos esse, quod ex priorè fortuna bonorum sibi reliquum fuerit, id omne creditoribus cedere, propter novam Justiniani Constitutionem in *Novell. 135.* cujus rubrica est: *Ne quis cogatur bonis cedere.* Verum enim verò, uti certum est, à recentioribus ex Græcis exemplaribus dictam Novellam insertam esse, ita ejus priscis Interpretibus incognitæ rationem, vix ab ne vix in foro haberi habitamque fuisse, experientia pariter ac Doctores ad unum fere omnes testan-

testantur. B. Cancellar. Tabor *de Præsid. debitor. egen. in Præfat. §. 2.* Bachov. *ad Treutl. vol. 2. Disp. 24. th. 4. lit. b.* Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. 44. th. 32.* Hahn. *ad Wes. Tit. de Cess. Bon. Perez. ad Tit. Cod. Qui bon. ced. poss. n. 8.* imprimis Gudelinus *de Jure Novissimo lib. 4. cap. 16. num. 53.* & Schilterus *Praxi juris Rom. in foro Germanico Exercit. ad Pand. 46. §. 8.* ubi bene observat, nullam ex dicta Novella Authenticam in Codicem fuisse relatum, ex quo etiam Cunradus Rittershusius *in Comment. ad Novell. pag. 641.* colligit, jam tum a vo Irnerii (quasi hic autor Authenticarum esset) Justinianeam illam novam constitutionem in desuetudinem abiisse, atque jus Pandectarum & Codicis revocatum esse, ut non aliter quis possit carcerem & alia incommoda declinare, quam bonis cedendo. Quare non habet cur sibi dicta constitutione blandiatur obratus debitor, nam si carcerem, & quæ alia egenum debitorem subinde prosequi solent tædia, evitare velit, si etiam egregium competentiz beneficium ambiat, non inopia, non jusjurandum quod ea de re præstare paratus est, sed sola cessio bonorum ipsi prodesse poterit. Atque hi ferè sunt, quos in debitoribus errores ac abusus, circa bonorum cessionem, deprehendere licet.

SECTIO



SECTIO SECUNDA

Abusum Cessionis ex parte Creditorum exhibens.

§. I.



EX parte creditorum abusus circa cessionem bonorum bene plures sunt: Et primo quidem hic admodum ingens & ferè detestabilis est, quando debitorem qui planè non suo, sed unice fortunæ novercantis vitio, facultatibus lapsus, atque adeo miseratione dignus est, ad flebile cessionis beneficium ne quidem admittere volunt, sed ad jus Statutarium provocantes, vel publico carceri debitorem includi, vel mancipari eundem, inque servitutem ipsis adjudicari urgent, prætenduntque. Tametsi enim cessionem bonorum publica lege vel statuto abrogari, inque ejus locum carcerem publicum substitui posse, non negem, ut cautius mercari discant homines, atque incaute negotiantes, qui scilicet res suas decoquere, aliosque fallere didicerunt, & ta-

D

dio-

580
 dio carceris solutionem citius cogitent, & sine doli sine negligentia sua condigna poena castigentur, prout publicis legibus moribusque non in Italia, Hispania, Gallia, Anglia, & Belgio modo, sed teste Mevio *ad Jus Lub. 1. Tit. 3. Art. 1. n. 33.* etiam superiori Germania, praesertim in celebrioribus ejus emporiis invaluit, atque jure Saxonico Electorali *P. 2. Const. 22.* his verbis cautum legitur: Würde jemand // der in unsern Landen gefessen / oder sich darinnen enthielte / wer der auch wäre / so viel auffborgen / die Leute ansehen // oder in andere Wege schuldig werden / daß all sein Haab und Güter // nach ergangener Hülffe / execution und excussion, zur Bezahlung nicht zureichete / und gnug wären // oder über Vermögen sich in Bürgschaft einlassen // und er möchte bey seinen Gläubigern keine Nachlassung erlangen / verührte Gläubigere wären auch auff andere Wege nicht zu behandeln // so soll er auff Begehr und Ansuchen eines oder mehr der Gläubiger // in den Schuld Thurn / so wir in unsern Landen sonderlich darzu verordnen wolten / geleget // und also lange darinnen verwahrlich enthalten werden // bis daß er die Gläubiger befriedige // oder sich sonst mit ihrem guten Wissen und Willen vertrage und absinde // und es soll ihm davon keine Abtretung seiner Güter und Cessio Bonorum, so er ohne Bewilligung seiner Gläubiger thäte und fürnehme // noch ichtes anders entledigen // oder zu befreyen haben :
 Tametsi

Tameſſi etiam iniquum non arbitrer, ut obæratuſ debitor ad manus creditoris tradatur, adque operas præſtandas in aliqualem ſervitutem tradatur, prout non ſaltem etiamnum in Saxonia, extra Electoratum (in hoc enim hæc adjudicatio abrogata eſt) obtinet, uti teſtatur Carpzov. p. 2. Conſt. 22. def. 1. ſed etiam Jure Lubecenſi lib. 1. Tit. 3. art. 1. hoc modo proviſum: Wann einer ſein Gut auftragen / und bonis cediren will / von Schulden / die ihm mit Recht abgemahnet worden / ſo mag der Kläger und Gläubiger ſich deſ bedencken / biß zum nechſten Gericht / ob er ſich will an das Gut halten / oder aber auch die Perſon zu eigen annehmen. Auff den erſten Fall mag er das Gut ſchätzen und wardieren laſſen / und ſeine Bezahlung daraus ſuchen. Zum andern / nimmt er die Perſon an / mag er denſelben gefänglich einziehen laſſen / und halten als einen Schuld-Gefangenen / will er ihn aber zu eigen annehmen / und er ihn alſo gerichtlich übergeben wird / ſoll er ihn ſpeiſen als das Geſunde und verwahren / wie man am beſten kan / auch wohl anlegen / wann er will / doch daß ihm an ſeiner Geſundheit kein Schade geſchehe / Er ſoll ſeinem Herrn ſeine Arbeit thun: hæc ipſa tamen Statuta utat generaliter & indefinite loquantur, ad ſolos tamen decoctores reſtringenda, neutiquam verò ad eos, qui lamentabili, & commiſeratione digna fortuna, præter omne factum ſuum ad inopiam detruſi, extendenda ſunt, hiſ enim

D 2

beneficium

beneficium cessionis nulla Lege, nulloque Statuto auferri posse, certissime persuasus sum, ceu quoque professa opera docet Petrus Heigius P. I. *Quaest. 35.* & merito ipse Carpzovius, Constitutionum Electoralium interpres optimus, *Part. 22. Const. 22. Def. 5.* statuit, praefatam Juris Saxonici Electoralis dispositionem, saltem ad dolosos decoctores pertinere, ut malitiosae prodigalitatís ac fraudulentæ dilapidationis poenam luant, minimè verò ad eos, qui absque sua culpa, infortunio aliquo, puta, incendio, rapina, naufragio, furto, ruina, sterilitate agrorum, & simili casu (quo & monetæ depravationem inopinatam, aut mutationem ejusdem subitanam refert) ad inopiam & calamitatem fuere redacti: nec obscurè id ex illa ipsa constitutione apparet, quando in fine Serenissimus Legislator ita loquitur: Wir behalten uns aber darneben sonderlich vor / wann wir befinden würden / daß einer oder mehr von wegen erlittenen Brandschadens / Schiffbruchs / oder durch andern unvorschnlichen / und ohne Verwahrlosung beschehene Fälle / in Schulden und äußerstes Verderb gerathen / daß wir derentwegen auch nach Gelegenheit der Personen und anderer Umstände / Einderung und Milderung der Straffe verordnen / und sonst die Dinge nach der Billigkeit entschieden / oder gebühlich weisen lassen wollen. Hanc tamen, inter jus hoc Saxonicum & Justinianicum, differentiam animadvertere licet, quod qui in Saxonia ad cessionem admitti desiderat

siderat, speciali Principis gratia & indultu opus habeat (uti præfata verba sat clarè demonstrant) cum jure Civili cessionis beneficium immediatè ex ipsa lege competat. Equidem B. Strykius in *Usu Mod. ff. tit. de Cessione bonorum* §. 8. & hoc superaddit discrimen, quod Saxonico Electorali, nullo casu beneficio huic locus sit, quando aliqua debitoris culpa concurrat, sed requiratur ut *per merum casum fortuitum* debitor depauperatus fuerit, cum Jure communi, & illis non denegetur cessionis auxilium, qui per *levem culpam* facultatibus lapsi sunt, uti omninò rectè docent Benevent. Straccha de *Decoctor. num. 8.* Scaccin. de *Commerc. §. 7. Gloss. 5. n. 148. seqq.* Brunnem. ad *rubr. ff. tit. de Cess. Bon. n. 1.* neq; diffiteor, ex verbis constitutionis Electoralis ante relatis, prælaudati Strykii sententiam probabilem reddi, quia verò jura Provincialia ex Jure Civili supplenda, declaranda & restringenda sunt, Gail. *lib. 1. Observ. 50. num. 8.* Lauterbach. *Conclus. forens. Exerc. 1. Concl. 2.* crederem, præfatam constitutionem quoque non ita rigorosè accipiendam esse, sed per æquitatem sic commode explicari posse, ut qui non dolo nec lata culpa, sed per culpam saltem levem, in paupertatem incidit, à flebili Cessionis beneficio etiam Jure Saxonico excludi non debeat. Quin etsi Statuti cujusdam ea mens esset, ut qualemcunque obratum debitorem, demta cessione bonorum, vel carceri includi, vel creditoribus adjudicari prætiperet, non tamen salvà conscientia, hoc jure, creditores ad-

versus debitorem miseratione dignum, uti posse arbitraret, nisi servi illius immisericordis, qui conservum suum ob debitum in carcerem conjiciendo, in gravissimam Domini sui iram incurrerat, *Matth. 18. v. 30.* immemores esse, & eandem tandem sententiam tristem audire velint. add. Ahasverus Fritschius *de Jure ac Regimine Charitatis Christiane* §. 50.

§. II.

Quare & illos creditores jure suo maximè abuti censeo, qui debitorem, postquam inducias moratorias impetravit, iis elapsis, ad cessionem admittere nolunt, sed ut vel carceri mancipetur, vel ad serviendum ipsis adjudicetur, prætendunt: Quoniam enim talem debitorem ad cessionem non admittendum esse doceat *Glossa ad l. fin. C. Qui bon. cedere poss.* quam sequuntur *Wehner. Observ. Pract. verb. Instands Brieff.* *Casp. Manzius in Patrocin. debitor. Dec. 2. Quest. 8. num. 71.* *Afflict. Decis. 323.* *Molina Disp. 572.* & quos magno numero allegat *Wilhelm. Anton. de Freudenberg. in Tractat. Morator. Tit. 9. Concl. 61.* non tamen rationem video, cur illi qui consilio non fraudulento, sed spe melioris ac amplioris fortunæ, quinquennales obtinuit, & iis durantibus diligentiam suam & frugalitatem ostendit, omnibusque sufficienter probavit, & tamen dum spes ipsum fefellit, nihil nisi flebile & miserabile



rabile beneficium cessionis videt, illud denegari debeat; sanè verba dictæ *l. fin. Cod. Qui bonis cedere poss.* ad quæ negantes provocant, *Electio detur creditoribus, vel quinquennale spatium indulgere, vel bonorum accipere cessionem*, parum patrocini præbent, dum hanc commodè explicationem admittunt, quod creditoribus electio concedatur, an statim cessionem bonorum accipere, an vero antea quinquennale spatium indulgere & videre velint, annon debitor interim ad meliorem fortunam reverti possit, ut sic cessione opus non sit, prout exponit B. Strykius in *Usu Mod. Pand. Tit. de Cessione bonorum §. 5.* hinc sententiam contrariam contra humanitatem & æquitatem esse rectè omninò statuit Lauterb. *de Beneficio Rescripti Morat. p. 31.* & in *Dissert. de Jure in Curia Mercatorum usitato §. 228.* inque eam quoque inclinat Antonius Perezius *ad tit. Cod. Qui bon. ced. poss. num. 25. vers. quod tamen aliis æquum non videtur.* Unde in Gallia talem debitorem ad cessionem admitti testatur Charondas *Lib. 6. Resp. 18.* Rebuff. *de liter. dilat. art. gloss. 1. n. 6.* idemq; de Belgio refert Gronewegen *ad l. ult. C. qui bon. ced. poss.* Sed etsi alicubi ita jus esset, ut qui inducias moratorias impetravit, ad beneficium cessionis provocare non posset, illud tamen ad casum quo certæ alicui personæ induciæ concessæ, restringendum, non verò ad casum, si toti universitati vel provinciæ indultæ, extendendum foret, uti bene observat Brunnemann. *ad l. fin. Cod. Qui bon. ced. poss.*

§. III.

§. III.

Atque huc ille quoque abusus creditorum pertinet, quando debitori sine fraude obarato, ideo saltem cessionem bonorum denegare audent, quod cum contraxisset, se soluturum juraverat, nam quaquam juramentum bonis moribus non contrarium, jurantem præcise obliget, id tamen intelligendum, quatenus ei, qui juravit, promissum in specie implere, possibile est: Quare quando juranti actualis solutio impossibilis fit, cur non ad triste cessionis auxilium confugere posset, ratio non apparet, cum solutionem jurato promittendo, cessioni utique non renunciaverit, quia, juramentum speciem renunciationis esse, uti nonnulli contra rationem juris docuerunt, omnino falsum est. Hahn. *ad Wesenb. Tit. de Cessione bon.* Perez. *ad Tit. Cod. Qui bonis ced. poss.* Accedit, quod omni juramento hæc tacita insit conditio, si res in eodem statu permanerit, uti inter alios solide & prolixè deducit Klockius *Vol. 1. Consil. 35. num. 367. & multis seqq.* quare, si status rerum in debitore ita fuerit mutatus, ut dum solutionem jurato promisit, ex judicio prudentum non videatur illum eventum comprehendere voluisse, quod facile judicari potest, utique citra periculum perjurii ad cessionem convolare poterit. Nam, ut Seneca ait *Lib. 4. de Beneficiis cap. 34.* *Ad hoc, quod homo teneatur facere, quod promisit, requiritur, quod omnia immutata permaneant, alias*

alias nec fuit mendax in promittendo, quia promisit, quod habebat in mente, subintellectis debitis conditionibus. Neque etiam est infidelis, non implendo, quod promisit, quia eadem conditiones non extant. Vid. Fridericus Balduinus de Casibus Conscientiæ lib. 2. cap. 9. cas. 17. facitque huc textus in cap. cum inter. 2. X. de Renunciat. ubi Canonista communiter.

§. IV.

Aliud esse censeo, si cessione bonorum disertè renunciavit debitor, & si solvere non posset, se operas creditori præstiturum, daß er ihm die Schuld abverdienen wolle / spondit, quod fieri posse, penes me non dubium est, nam qui operas suas, aliis pro certa mercede locandi facultatem habet, quidni ille operas quoque suas in solutum addicere creditori posset, ut tantum quotidie credito detraha- tur, quantum operis lucrari posset, si aliis locaret? Itaque qui hunc ad cessionem bonorum non admittit creditor, jure suo utitur, non abutitur. Stryk. de Cautel. Contract. Sect. 2. cap. 1. §. 39. Mevius ad jus Lubec. lib. 1. Tit. 3. Art. 1. n. 93. seqq.

§. V.

Quid ergo si ad *Obstadium* se obligaverit debitor, An ejus molestiam, & sistendi necessitatem, cessione bo-

E

norum

norum evitare, an vero ne bonis cedat, à creditoribus pro-
 hiberi poterit? & non posse prohiberi, rectè docet Gailius
l. 2. Obs. 45. n. 6. it. Lauterb. de jure in Curia Mercatorum
usitato §. 249. cum ea ratione vel ipsis creditoribus me-
 lius consultum sit, quam ut sumtuosa ejusmodi residentia,
 ea quoque quæ superfunt, cum pernicie creditorum con-
 sumantur, uti bene ratiocinatur Tabor *de Obslag. cap. 6. §. 8.*
 contradicit quidem Gailio nominatim Colerus *de Process.*
Execut. p. 2. 8. num. ult. per rationem, quod obligatus
 ad factum, non liberetur cedendo bonis, juxta Jason. *in §. ult.*
J. de act. n. 12. at obligatus ad obstagium, inquit, est obli-
 gatus ad factum, & quidem tale, quod semper potest præ-
 stare, cum hac obligatio, tantum in personali residentia
 obstagiali, vel arrestati ad certum aliquem locum obtine-
 at: Sed, si quid judicare valeo, vel sola exceptione, tua
 non interest, egenus debitor (locuples enim bona in solu-
 tum dare debet *Novell. IV. cap. 31.*, adversus creditorem
 hoc casu se tueri poterit. Interim non facilè huic qua-
 stioni locum dari fateor, quoniam usus *Obstagiorum* in
 Germania olim frequentissimus, solenniter postea Legibus
 Imperii interdictus est, *Reform. Polit. de Anno 1577. Tit. 17.*
Von wucherlichen Contracten. §. Wiewohl auch. præ-
 terquam ubi speciali privilegio, uti in *Holsatia*, per Instrum.
Pac. Osnabrug. Art. 8. §. de indaganda in fin. retentum es-
 se doceri potest, add. *Wehner. Obs. Pract. verb. Leistung*
in fin. ubi idem de *Lusatia* refert.

§. VI.

Sed & hic gravissimus abusus est, quando facta cessio-
 ne creditores cedentem, vel per literas diffamatorias pu-
 blicè intimatas, vel quacunque alia ratione ignominiosè
 tractant: Quanquam enim antehac, cum conventio ad
 obstagium adhuc valeret, perversus hic per totam fere
 Germaniam mos obtinuerit, ut, si post evocationem debi-
 tores loco & tempore convento se non sisterent, hi famo-
 sis etiam picturis publicè ubique affixis mirabiliter tradu-
 cerentur, uti testis est Gailius *de Pace Publ. lib. 2. cap. 2.
 num. 6.* quem morem ipsi sæpè Principes suis constitutio-
 nibus roborarunt, prout Serenissimi Holsatiæ Duces in Con-
 stitutione de Anno 1604. evocatos debitores, ut fidem con-
 ventionis obstagialis servent, sub hac comminatione ju-
 bent, wosern die eingemahnte und nicht einhaltende
 ihrer Ehren und Redlichkeit verlustig/ von jedermân,
 niglich nicht wollen geachtet und gehalten/ und von an-
 dern der Ehr und Redlichkeit Liebhabern Gemein-
 und Gesellschaft/ mit zugezogener unablöschlicher auff
 ihnen ersitzender ewigen infamia und Unehre/ gänzlich
 und allerdings ausgeschlossen werden/ womit alsdenn
 niemand gefrevelt oder unrecht gehandelt haben solle/
 neque dubitem, hoc suo modo defendi posse, quod
 & facit B. Cancellarius Tabor *de Jure Obstag. cap. 6. §. 10.*
 attamen cum hoc ad fœdifragos unicè, & pacti obstagialis

IV .

E 2

violatores

violatores spectet, ad egenos debitores, qui per adversitatem fortunæ coacti bonis cesserunt, extendi nulla ratione potest, non enim hi, qua tales, datam fidem violant, sed per meram invidiam fortunæ, se ad incitas esse redactos queruntur, cur itaque ignominiose tractandi essent? hinc in Constitutione Imperii zu Franckfurt de Anno 1577. Tit. 35. §. ult. ejusmodi debitorum ignominiosa tractatio creditoribus serio quoque interdicta est: Sic enim Gloriosissimus Imperator Rudolphus II. loquitur: Wann wir auch berichtet worden sind / daß in etlichen Landen dieser Brauch / oder vielmehr Mißbrauch eingerissen / dadem Gläubiger auff sein angesinnen / von seinem Schuldner oder Bürgen nicht bezahlt wird / daß er derentwegen dieselbigen / mit schändlichem Gemält und Briefsen öffentlich anschlagen / schelten / beschreyen und veruruffen läst. Diemeil aber ganz ärgerlich / auch viel Zancks und Böses verursacht; darum es ja in keinem Gebieth / darinn Recht und Billigkeit administrirt werden kan / zu verstaten: So wollen wir dasselbig anschlagen / auch solche Geding und pacta den Verschreibungen einzuverleiben / hiemit gänzlich verboten und aufgehoben / auch allen und jeden Oberkeiten in ihrem Gebieth / mit ernstlicher Straff gegen demjenigen / so hernach des Anschlagens sich gebrauchen würde / zu verfahren befohlen haben.

S. VII.

Quare & hoc ad abusus minimè tolerabiles pertinet, quando ad asylum cessionis confugientem, non aliter quam cum ignominioso ritu, creditores admittere volunt. Tameſſi enim, ne facile ad cessionem debitores procederent, variis locorum moribus & statutis, ignominiosi quidam ritus introducti ſint, ſic ut aliquando debitor nudatus ignominioſe in ſaxo publico ſedens, palàm proclamet, ſe bonis cedere: quandoque tubis per plateam ducatur: in loco publico veſtem ab aliis diſtinctam, aut pileum viridem vel flavum geſtare, aut campanam pulſare teneatur, & in pluribus Italiae locis obæratuſ in loco publico nudos nates ter ad lapidem vel columnam percutit, clamando, cedo bonis: Romæ leonem marmoreum aſcendit, qui eſt in pede ſcalari Capitolii, natibus percuffis eadem verba proferens: Patavii lapidi turpitudinis ſeu vituperii qui dicitur, poſteriora denudatus inſidet, uti teſtantur Oswaldus Hiligeruſ in *Donell. Enuch. lib. 27. cap. 9. lit. Hb.* Freieruſ de *Solut. cap. 7. membr. 5. n. 166.* Henr. Hahn, ad *Weſenb. Tit. de Cession. Bonor. Num. 6. verb. infania ſaltem facti.* Perez. ad *Tit. Cod. Qui bonis ced. poſſ. n. 22.* aliique, hæc tamen omnia ad ſolos decoctoſeſ pertinere, ad eoſ verò, qui ſine culpa ſua ſolvendo eſſe deſierunt, applicare, ego quidem contra omnem rationem & æquitatem eſſe arbitror, tameſſi in multis locis tantopere hæc in re non diſtingui non ignorem.

E 3



rem, sed non quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat, respiciendum est: enim vero, si afflicto non est addenda afflictio, quomodo calamitatibus suis jam satis depressus, & triste cessionis remedium amplectens debitor, ad ignominiosa illa curialia adhuc condemnari possit, non video. Satis sane est, quod ejusmodi debitor ex erronea opinione vulgi (in se enim & apud viros prudentes cessio nullam maculam affert) aliqualem nominis sui delibationem patriatur, nam *Cuius bona ex edicto possidentur*, inquit Cicero, *hujus omnis fama & exultatio cum bonis ipsis simul possidetur*. vid. Freher. *de Infamia* lit. 3. cap. 20. n. 13. seq. hinc in Saxonia portatio *Flavi Pilei* ad Fallitos unice, h. e. qui alios sefellerunt & sua dilapidarunt, disertis verbis prudenter restricta est, sic enim in Resolut. Gravamin. *de Anno 1661. Tit. Von Justitien. & Sachen* §. 78. legitur: Und da ein Fallit in gedachten beyden Städten/ (Leipzig und Naumburg) oder anderen Orten Unserer Lande seinen Gläubigern nicht vollständige Zahlung leisten könnte/ gleichwol aber sie zur gutwilligen remission und zu Erlassung der Hafft vermögen thäte/ uff solchen Fall er zwar auff freyen Fuß gestellet/ jedoch eine Zeitlang nach des Ordinarii Judicis Ermäßigung zu Anzeige seines in Nachlässigkeit und Verschwendung geführten bösen Lebens/ einen gelben Hut zu tragen/ und andern seines Gleichens/ besser als er hauff zu halten/ ein Beyspiel damit zu geben/ angehalten werden solle.

§. VIII.

§. VIII.

At quid si tamen egenus miserque debitor, ad duras creditorum instantias, cum ignominiosis ritibus bonis cessisset, Annon hoc ipsi ad liberationem proderit, ne creditoribus suis ultra bona quæ cessit amplius teneatur? Ita omnino arbitror, nam quoniam in hoc præter meritum fuit gravatus, ut licet innocens & citra culpam suam, ad incitatas redactus, tamen instar decoctoris publici, cum ignominia cedendo, semet aliorum ludibrio exposuerit, merito in eo rursus relevandus est, ut à residuo debito liber sit, & aliquam duritiei suæ, vel immisericordiæ pœnam creditores luant, *arg. l. 13. §. 1. ff. de his qui not. infam. l. 51. Possidonium 4. Cod. Ex quib. caus. infam. irrog.* Contrarium plures sentire me non latet, ex hac præcipue ratione, quod ritus ignominiosi, non tam adhibeantur in compensationem debiti, quam ne quis facile ad cessionem confugiat in detrimentum & perniciem creditorum suorum, unde cum ad effectum illum non tendant, non debeant diversum operari: *Perez. ad Tit. Cod. Qui bon. ced. poss. num. 33. Hahn. ad Wesenb. Tit. de Cess. Bonor. num. 6. Stryk. in Usu Mod. ff. Tit. de Cess. Bonor. §. 18. Huber. in Prælect. ff. Tit. de Cess. Bonor. §. 3.* sed tamen sententiam non muto, quoniam ritus qui maculam afferunt, ad decoctores unice, non ad eos qui per infortunium facultatibus lapsi, & commiseratione digni sunt, pertinent. *Add. Magnif. Dn. PRÆSES in Diss. de Jure Pilei Aphor. 35.*

§. IX.

§. IX.

Quantum bona quæ cedenda sunt attinet, insigni quoque ex parte creditorum abusus cernitur, dum debitorem ad peram & baculum, sive ad ultimum teruncium usque excutiunt: Enimvero bona omnia cedenda, & juris necessitate, ne quidem alimenta cedenti relinquenda esse, certo quidem est certius, ut nihil præter vestes quotidianas, sub quibus & lectum comprehendunt, relinquatur. Peck. *de Jure Sist. cap. 45. n. 19.* Perez. *ad Tit. C. qui bon. ced. poss. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 44. th. 30.* quin tamen pietas quandoque & charitas Christiana rigorem illum repudiet, penes me non est dubium, & satis Ulpianus utut Ethnicus, probat. *in l. 6. ff. de Cess. bon. verb. dummodo illud sciamus si quid misericordiae causa ei fuerit relictum &c. it. nec enim fraudandus est alimentis quotidianis &c.* (licet diversimodè hunc textum exponi non ignorem) consentit Fritschius *de Jure ac Regimine Charitatis Christianæ §. 29.* Itaque miserabili debitori, qui forte industria sua nihil acquirere potest, saltem aliquantum pecuniæ, prout æquus judex arbitrabitur, ne plane denudetur, relinquendum, aut si quid opificio acquirere potest, instrumenta artis, & viro erudito, necessarios libros relinquendos esse puto: hinc in Reform. Francofurtensi *P. 1. Tit. 1. §. II.* ita prudenter cautum: *Wiewol aber hieoben vermeldet / das die Cession und Abtretung*

Sibretting durch den Schuldner / von allen und jeden
 seinen Gütern geschehen solle / darunter auch seine gute
 Kleider zu verstehen : so wollen wir doch solches so gar
 scharff / und das der Schuldner so gar ausgezogen und
 entblößet werden solte / nicht gemeynet haben / sondern
 solle ihm seine ziemliche Kleidung an seinem Leib / auch
 so er ein Handwercksmann / sein nothdürfftiges Werk-
 zeng / nach gestalt der Person und des Handwercks (al-
 les auff der Schöpffen Erkenntnis) gelassen werden :
 Damit er dannoch auch seine Nahrung haben / Weib
 und Kinder ernehren / und sich wiederum zu erholen /
 anschicken möge. Recti simè omnino. Nam ita quisque
 jure suo adversus proximum uti debet, ut tamen charitas
 Christiana salva & illibata maneat, itaque non existimet
 creditor (maxime si non ipse egenus sit) quando debitorem
 ad peram usque & baculum excutit, se in conscientia quo-
 que & coram Deo securum esse, nam vulgares regulae,
Qui jure suo utitur, nemini facit injuriam, item, *Prod-
 esse alteri neminem cogi, sed tantum obesse vetari* ad
 leges tantum civiles, & forum exterius pertinent : Opti-
 mè enim Seneca ait : *Quam angusta res est ad le-
 gem bonum esse ? Quanto laxius officiorum
 patet, quam juris regula ? Quam multa pie-
 tas, humanitas, justitia, fides exigunt ? que*

F

omnia

omnia sunt extra publicas tabulas. Vid. Samuel Puffendorff in *jurispr. Element. Universal. Definit.* 13. §. 18.

§. X.

Circa Cautionem quoque quam bonis cedens, si solidum creditores non consequantur, præstare debet, se, si ad pinguiorem fortunam pervenerit, satisfactorum, quantum facere potest, non leviter creditores peccant dum non nisi datis fidejussoribus, vel pignoribus, cavere postulant: Nam licet Heringius *de Fidejussor. cap. 5. n. 88.* alique, talem cautionem desiderant, non tamen video, quomodo præcisè illa urgeri possit, cum depauperatus debitor, pignora vel fidejussores facillè reperire nequeat, *Quis enim, quærit Brunnemannus add. L. 4. & 6. ff. de Cess. bon. vellet hodie facile fidejuberè pro eo qui bonis jam exutus est?* Itaque ne ad impossibile adigatur debitor, quod juri, & charitati ac humanitati non convenit, nec triste cessionis beneficium elusorium fiat, ad cautionem, qualis haberi potest, juratoriam nempe, ipsum admitti, æquum est, ne paupertas ejus ac inopia, ipsum à beneficiis pro paupertate inventis, excludat. *Mev. Discus. lev. inop. deb. cap. 6. n. 170. seq. Fritsch. de Jure ac Regim. Charitat. Christian. §. 16. Freier. de Solut. Cap. 7. Membr. 5. n. 164. Equidem Bachovius ad Treutler. Vol. 2. Disp. 24. thes. 4. lit. G. contra communem, inprimis Bruni de Cess. bonor. quæst.*

quest. 7. princ. sententiam, ne juratoria quidem cautione cedentem onerandum censet, *Nec video*; dicit, *cui bono futura sit, ea quam Brunus requirit, cautio juratoria; neque minus arbitrarium aut commentitium potius videtur, quod idem Brunus sub hypotheca omnium bonorum, videlicet futurorum, & stipulatione pœnali, debitorem vult cavere, cum præsertim: hæc cautio aut stipulatio pœnalis obligationi faciendi aut dandi sub die ut plurimum adjici solet, & nulla ratio sit, ut hujusmodi cautione debitor oneretur.* Sed præter rem disputat *Bachovius*, cur enim non creditor de securitate sua sollicitus esset, ut debitor, ex bonis noviter acquisitis residuum se soluturum esse, saltem juratò promittere debeat? maxime quod hic, si velit, prætextu competentix beneficii, creditorem diu postea morari, & solutionem retardare possit: & si debitor, qui dilationem quinquennalem impetravit, cavere debet, *l. 4. Cod. de Precibus Imperat. offerend.* si etiam debitor, qui fatetur se debere, & terminum ad solvendum petit, quoque ad cavendum obstrictus est, *L. Si debitori 21. ff. de judic.* cur qui bonis cedit, juratorix cautioni se subtraheret? præsertim cum & usus fori eandem cedenti ubique ferè injungat.

§. XI.

Post factam cessionem quoque, & ubi creditores, excitato concursu, de consequenda solutione, ex bonis à curatore bonorum per subhastationem distractis, sunt solliciti, insignem errorem animadvertere licet, dum quisque creditor non saltem sortem suam, sed etiam usuras, nectantum ad initium concursus usque, sed ad tempus solutionis pratendunt: sanè enim, cum cassis vel ademptis omnibus facultatibus, non in mora solvendi sit debitor, neque habeat unde solvere possit, æquissimum omnino est, ab usuris, quæ post motum concursum petuntur, ipsum liberari: quanquam qua creditores & inter ipsos usurarum concursum non desinere, maximè si sine citatione citati creditores, minimè iniquum sit, sed hoc casu non ad initium saltem concursus, sed tempus solutionis debeantur. *Mev. P. 7. Dec. 245. Brunnem. cent. 2. Decis. 16.* prout quoque ab inelyto Jctorum Ordine anno præcedente, mense April. ad requisitionem Illustris Regininis Regii, quod *Magdeburgi* est, in causa *Johann Hinßen Bröckelscher Kinder Vormünder / contra Christoph Stielern* responsum esse, à Magnifico Domino Præside mihi relatatum est.

§. XII.

Atque hæc sunt quæ de Abusu Cessionis Bonorum, loco Speciminis Inauguralis, festinante ferè calamo, in medium proferre placuit: longè plura de hoc argumento proponi potuisse, libenter fateor, sed negotiorum moles, & officii, quo in patria fungor, ratio, ut pedem hic figam, omninò præcipiunt. *DEO Optimo Maximo*, pro concessis hucusque viribus, humilimas persolvo gratias, utque porrò conatus qualescunque meos, in *Sanctissimi Nominis* sui gloriam, & *Patris* meæ charissimæ incrementum, secundare benignissimè & fortunare velit, devotis suspiriis precor. Sit ipsi

HONOR & GLORIA

in æternum!



Debens



DEbens, & Credens, quantum committat
Abusum,

BECHSTADIUS doctè nec sine laude
docet.

Hinc Themis applaudens ipsi nunc præmia
confert,

Et dudum merito mactat Honore Virum.

Ita Nobilissimo Dn. Candidato de Hono-
ribus pridem bene meritis, nunc-
que cum applausu conferendis ex
animo gratulatur

PRÆSES.

Est



ESt licita, & vetita est, rerum Tibi cessio,
namque
Ufus habet laudem, crimen abusus
habet.

Nobiliss. & Clariss. Dn. Candid. amico
suo honoratissimo, cum voto omni-
genæ prosperitatis apposuit

MELCH. DETHM. GROLMANN,
JC. Confil. Hass. Darmst. & Prof. Jur. Ord.



ARs mala, quis credat? circumvenit omnia
fraude.

Exilio perit Candor & Alma fides.
Felix quem faciunt aliena pericula cautum,
Credita quis benè Te dona locasse neget?

Prae Nobili ac Doctissimo Domino
Candidato de novis conferen-
dis honoribus prolixo adfectu
gratulabundus deproperabat

LUCAS FRANKS / D.
Confil. Hassiacus & Prof. Jur. Ord.

Justitia






Justitia exsequitur sua munia, cuique re-
ponens
Pro meritis; Justo justa brabæa dabit.
Maecte decòre novo, quem servent astra,
Tibique,
Felix & faustus sit Torus atque Forum,

Nobilissimo atque Pracellenti Dn.
Candidato BECHSTADIO,
paucis quidem verbis, sed pro-
lixo affectu, ita gratulari voluit

JOHANNES WEBER /
D. Confiliar. Hasso - Darmstadin; Jurium
& Hiftor. Prof. Publ. Ordin.

F I N I S




ULB Halle

3

005 350 948







B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIO INAUGURALIS ¹⁶
DE ¹⁰⁵⁰
A B U S U ^{1718, 2}
CESSIONIS BONORUM,

QUAM
Gratia Divina favente
Sub PRÆSIDIO

**BERNHARDI LUDOVICI
MOLLENBECII,**

Jcti, Serenissimi Landgravii Hasso-Darmstadini Con-
filiarii, Academiae Cancellarii, & Pro-
fessoris Primarii,

PRO LICENTIA

Summos in Vtroque Jure Honores & privilegia
Doctoralia consequendi,
Publicæ disquisitioni

Excellentiss. Senatus Academici

Ad diem III. Mart. MDCCXVIII.
submittit

JOH. PHILIPPUS NICOLAUS BECHSTADIUS,
Fridberga Wetteravus, à Consiliis & Secret. ibid.

GIESSÆ-HASSORUM,
Typis VIDUÆ JOH. REINH. VULPII, Acad. Typogr.